

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De Iudæorum in Christi mortem conspiratione Theorema I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

nem compungamur, dicamus supplices. Pater noster. Ave Maria.

Charissimi, quomodo dixi, ea mala quæ Iesus Saluator noster pro nobis est passus, cupio vobis enarrare, quæ ut fiant euidentiora, statui quæ bona Iudeis nobisque omnibus prærogavit, ostendere, ideo ante quemlibet sermonem summatum primo quæ prämisso argumento, paucis verbis constringam quæ dictum sum, hinc eadem latius explanaturus. Hoc itaque pro exordio prologovè sufficiat.

BENEFICIORVM SALVATORIS IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI HVMANAЕ GENTI COLLATORVM: ET EORVM
quæ ab ipsa is idem recepit malefactorum, per Theoremata concionesq; XXVII.
Liber unus.

DE IVDEORVM IN CHRISTI MORTEM CONSPIRATIONE Theorema. I.

ARGUMENTVM.

Qui in mundum ad salutem venit omnium, quique morte iam pridem corporali suscitauerat multos, morte vero animæ saluare cupiens omnes: qui denique nemini potuit nocere, cunctis vero & potuit & voluit prodeesse: pestilens, exitiosus, vitaque indignus aestimatur, adeo ut conspiratione facta, inde eius nece potissimum tractarent, quibus præcipue benefecerat.

IESUS VTI IN MUNDVM VENERIT SALVATORIS
mortuorum viuificator, & benefactor. Concio I.

DVæ sunt huius argumenti partes: quarum prior nobis subindicat quidam mundi aduenisse Saluatorem. Quis iste mundi fit Saluator, alius scimus neminem, præter Dominum nostrum Iesum Christum, qui Angelo reuelante ab æterno sibi impositum habet nomen Salvatoris. Et propteræ nominis quoq; rationem exponens angelus: *Hic, inquit, salutum facit populum suam à peccatis eorum, hoc est, propteræ in mundum veniet, propteræ Deus homo factus est, propteræ Iesus vocabitur, quia saluum faciet populum suum.*

Matth. 1.
Filius Dei
cur in mun-
dū venierit.